

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Cogitacio g  
cum fonte primo

Electorum mentes,

si quas in se carnales cogitationes inueniunt,  
penitencie ardore consumunt,  
nec cogitationes suas dilatari  
carnali uoluptate permittunt  
quia eo semetipsos iudicantes subtilius feriunt  
quo districtum iudicem prestolantur uicinum.

Gregorius libro XIII. moralium

Attenuatur spiritus timore iudicii,  
quia electorum mentes quo amplius  
extremo iudicio propinquare se sentiunt,  
eo ad discutiendas semetipsas terribilius  
contremiscunt; et  
si quas in se carnales umquam cogitationes inueniunt,  
paenitentiae ardore consumunt,  
nec cogitationes suas dilatari  
carnali uoluptate permittunt,  
quia eo semetipsos diiudicantes subtilius feriunt,  
quo districtum iudicem praestolantur uicinum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 13.28 (CCSL  
143A, M. Adriaen ed., p.686, ll.1-8).